



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De computatione gradum consanguinitatis. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

ie fidelis no permanere noluerit. Ex hoc etiam probatur, ^{1. Cor. 7.}
 eorum quod infideli ad fidem conuerso Apostolus cōsul-
 inquerit ut infidelem non dimittere: quod non faceret, si
 eccl. tamen non esset inter eos legitimū coniugium. Legiti-
 mum est, quod legali iustitione, vel prouinciax
 dissolu- moribus, non contra iussionem Dñi contrahitur.
 deles, DE COGNATIONE CARNALI ET SPI-
 rituali: & Prius de carnali.

Nunc superest de cognatione aliquid dicere. Est
 autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis.
 Primum de carnali cognatione & affinitate inspi-
 ciamus. Cognati ergo vel affines in septimo grā-
 du, vel infra, copulari non debent. Vnde Gregor. <sup>Greg. ep. 3r.
li. 12. ad Fe-</sup>
 est. Aug. Progeniē suam vnumquemq; usq; ad septimā ob-
 infideli seruare decernimus generationem: & quamdiu se-
 agnoscunt affinitate propinquos vel cognatos, ad
 coniugalē copulam accedere denegamus: quod si
 fecerit, separentur. Itē Nicolaus papa. De consan-
 guinitate suā nullis vxoris ēducat usq; post genera-
 tionē septimam, vel quousq; parentela cognosci <sup>Nicolaus 2.
cap. 11. syno-</sup>
 potest. Item, Nulli ex propinquitate sui sanguinis
 usq; ad septimum gradum vxores ducant. His au-
 toritatibus aliisq; pluribus, cōsanguineorum cō- ^{Ex cōc. Lug.}
 junctiones prohibētur usq; ad septimum gradum.

De computatione graduum consanguinitatis. B

Quomodo a gradus consanguinitatis compu-
 tandi sunt, Isid. ostēdit sic: Series consanguinitatis
 sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius & filia,
 quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsū <sup>Isid. lib. 9.
etym. c 5.</sup>
 sciunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ra-
 munculi nepos & neptis, primus: Pronepos & pro-
 neptis, secundus: Abnepos & Abneptis, tertius: Ad-
 nepos & Adneptis, quartus: Trinepos & Trineptis,
 quintus: Trinepotis nepos & trineptis neptis, sex-
 tus. Attende quod sex gradus tantum posuit Isido-
 rus, quia truncum inter gradus non cōputat. Alij

vero, qui septē gradus ponunt, trūcum inter gradus cōputant. Varie nācō cōputantur gradus cōsanguinitatis. Alii n. patrem in primo gradu, filios in secundo ponūt: Alii primum gradum filios appellant, nēgantes gradum cognitionis inter patrem & filium esse, cum vna caro sint pater & filius. Auctoritates ergo, quæ cōsanguinitatis cautelam vsq; in septimum gradum prohibent, patrē ponit in primo gradu. Illi vero, qui vsq; ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant. Atq; ita fit, ut ex dē pēsonē secundum hanc diueritatem inueniantur, in sexto, & septimo gradu. Patrē vero in primo gradu ponit, qui fratres dicuntur secundū gradum. Hoc modo cōputat Zacharias Parentes. papa, inquiens, Parētelæ gradus taliter computamus. Ego & frater meus vna generatio sumus, primumq; gradum efficiimus. Rursus, filius meus, & fratri mei filius secunda generatio sunt, & secundum gradū faciūt: atq; ad hunc modū ceteræ successiones. Inter illos vero, qui sex cōputat gradus, & illos qui septē computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamvis in numero graduū varietas videatur. Ultima enim generatio si à fratribus sumat initium numerādi, septima inuenitur.

Quare sex gradus computantur.

Quare vero sex cōputet Isidorus, ipse apertis dicens, Consanguinitas dum se paulatim propaginū ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum protraxerit, & propinquitas esse desierit, tunc primum lex in matrimonii vinculum eam recipiet, & quodammodo incipiet retocare fugientem. Ideo autem usq; ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex extatibus mundi generatio & hominis status finitur. Ita propinquitas generis tot gradib; terminetur. In his sex gradib;. omnia propinquitatum nomina continētur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio posse.

*Isid. lib. 9.
etym. c. 6.*